



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 61. Renatus Benedictus in Universitatis Parisiensis Decanum electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

Sæcul. XVI. teri omnes mense Septembri huic opere
A.C. 1599. ri postremam admoverunt manus
 moxque Parisiensis Senatus emenda-
 tionis articulos ab eis propositos firmu-
 bat, quos tamen nonnisi anno millesimo
 sexcentesimo die decima octava Se-
 ptembris Jacobus Augustus Thuanus
 Præses, Lazarus Coquelæus, & Eduardus
 Mole Parisiensis Senatus Consiliarii in Comitiis Universitatis publici je-
 ris fecerunt, his tamen articulis plus
 sacræ Facultatis Theologicæ statuti
 subsequentibus annis, præcipue vero
 millesimo sexcentesimo decimo octavo,
 vigesimo octavo, & septuagesimo quinto
 addita, atque innovata fuere.

§. LXI.

Renatus Benedictus in Universitate Parisiensis Decanum electus.

Argentrel.c. **Vid. Hist.** **Eccel. l.** **CLXXIV.** **§. VIII. &** **seq.** **Cum** eodem anno Dionysius Ca-
 mus sacræ Facultatis Decanus
 mortalitatem exuisset, Renatus Ben-
 dictus sancti Eustachii Parochus jure
 antiquitatis ad hanc dignitatem voca-
 batur: quoniam vero hic idem, uti su-
 pra sæpius memoravimus, non modo
 errores in sua Bibliorum versione nota-
 tos retractare renuerat, sed insuper in
 sacræ Facultatis contemptum eandem
 versionem apologia edita calumnijs, &
 mendacijs referta sparserat, hancque ob-

Sæcul. XVI.
A.C. 1599.

ob caussam jam dudum a Facultate ex-
clusus erat, hinc eadem illum emolu-
mentis privare, atque ad gradus ei in
Facultate destinatos admittere recusa-
bat: attamen cum ab Henrico IV., cui
semper favebat, anno millesimo quin-
gentesimo nonagesimo tertio Medunta
evocatus eundem Regem in fidei Ca-
tholicæ præceptis imbuisset, necnon i-
psius ejurationi in templo sancti Diony-
sii præsens ad cives Parisienses in Regis
obsequium reducendos præclararam na-
vasset operam, atque ab eodem Rege
Henrico Trecensis in Campania Episco-
pus nominatus esset, hinc perpensis hi-
cœ rationibus Facultas Renatum, quam-
vis hic summo Pontifice literas Aposto-
licas ad hunc Episcopatum denegante
nunquam sua sede potiri valuerit, ad
sacræ tamen Facultatis Decanatum ad-
mittere censuit, potissimum ex ea ratio-
ne, quod ipsius Biblia jamjam a Docto-
ribus Lovaniensibus ab erroribus expur-
gata, necnon a pluribus Theologiæ Do-
ctoribus Parisiis approbata fuissent.

§. LXII.

*Otto Articuli Renato propositi, atque
eosdem subscribere jussus.*

Priusquam Renatus Decani munus
adiret, Facultas apud Sorbonam con-
gregata hoc anno die secunda Aprilis

ab